

Pax domini nostri Jesu & sit semper vobiscum.

Piratinunga 1556

Superioribus quadrimestribus, qua apud nos agunt, fusius explicata sunt, nunc breuiter, quae se offerunt, complatur. Observamus eundem in Indorum doctrina ordine, bis quotidie ad ecclesiam tintinabili signo vocat, quo femina nunc haec, nunc illa conveniunt, ubi & orationes proprias dicunt idioma, & crebris admonet & hortationibus, instruitque in eorum, quae ad fidem pertinent, cognitione. Nonnulla ita sunt affecta, ut nullum fere praetermittat diem, quin ad ecclesiam bis audeat, nec frigoris magnitudine, quod acutissimum est hoc tempore, deterrere: confitentur aliquae quotiens bis ter quotannis, & dominici corporis suscipiunt sacramenta.

Cuiusdam estayoso quodam morbo, qui lepra videbatur, laboranti, remedia quibus carere mus, non adhiberemus, mirabatur quaedam femina, quod ipsius saluti per nos qui opera misericordia secunda esse docebamur, non quideret. Cui similia cogitanti, Volebat nos excusare hoc ex Indorum prauitate efficiendi videbatur, qui saepe in gravissimis languoribus & venenosus colubrosus moribus se ad Dei mandata, & sanos mores vitam composituros affirmarent & promitterent, sanitati autem restituti in malis per moribus perdurarent: quod nos fortasse ab huiusmodi curationibus credebat deterrere, sanitatis restitutione in nobis qui deum nominamus ac predicamus, positam esse existimans.

Quocirca cum & alia quaedam aduersa laboraret valetudine, a nobisque videretur, post aliquot dies in pristinam salutem rediit, de qua quomodo haberet, cum a matre ipsius quereretur, valere eam bene respondit, & quid mirum, inquit, cum tu ei manus imposueris? femina ergo non parum erga nos amoris ostendunt.

viri autem nonnulli diebus dominicis missa celebrationi interfunt, ubi post offertorium aliquid de fide, & mandatorum obseruatione ipsis annuntiat, & praeter hoc, quod parum est ad rudem ipsorum naturam, nullum praetermittimus diem, quo eos domi non aduenimus, nunc hos, nunc illos ad fidem suscipiendam exhortantes, ipsorum nos immiscetes conversatione appetentes, cum illis familiarissime ij, quibus hoc munus per obedientiam est impositum, priuata enim colloquia eos monet magnopere, vidensque nostram sollicitudinem & caritatem, non possunt non mirari, & aliquam amoris erga se nostri cognitionem demere. praesertim in eo, quod sine ulla spe quaestus ipsorum infirmitatibus curandis tantam videntur per nos diligentiam adhiberi. quod eo maxime consilio facimus, ut ipsorum animos, qui eo tempore molliores sunt & mitiores, per ad baptismi susceptionem, si necessitas viderit praeparemus: quapropter & parturientibus volumus adesse, ut & mater & fetus, si res postulauerit, baptizent. Ita fit ut & corporis & animae saluti consulatur.

Quidam adolescens cum hic aliunde venisset, tanto fidei iam exarsit desiderio, ut relictis cognatis se nobis adiungeret, puerisque ad discenda prima elementa se immiscere ad Dei cultum se uellet totum conuertere, qui & omnibus discendis incumberebat, & saepe ad frigus relicta propinquiori habitatione in quadam uelut porticu dormiebat, baptismum sibi concedi instanter petens, qui interim catechumini factus ad perseverantiam admonitus est ad baptismum postmodum perueniens.

Puerorum doctrina quomodo se habeat, superioribus satis explicari, bis quotidie ad scholam conveniunt omnes fere, horis praesertim & antemeridianis: pomeridianis enim singuli victus queritates aut venationi intendunt, aut picationi, nisi enim laborauerint, non manducabunt: praecipua autem erga eos in fidei rudibus